



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Fantino confessore. Cap[itulum]. clx.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



## Marianilla: do

narilla: et secunda  
 virginis pascie sunt  
 apud aphricas in  
 ciuitate taburbo incernaria  
 sub persecutone galleni im-  
 peratoris iudice anolino: qui  
 sanctas virgines sorores ma-  
 rianam et donatillam compre-  
 hensas ad ciuitatem taburbis  
 ranam duci iussit aceto et felle potatas omni-  
 eis cibo negato. Quas dum pertractas vidisset  
 secunda virgo: que erat in superioribus domus  
 sue amozii. xij. omnibus contemptis ipsa secuta  
 est. Sequenti vero die anolinus duas germanas  
 sibi assistentes et christum confiteres iussit verberari  
 et calcem super plagas conpergi atque fricari: deinde in equuleo extendi et tor-  
 queri. Et post hec eisdem statuam ad sacrificium  
 dum offerri: in qua dum ille conspuissent: fecit  
 eas iudex in craticula ad carbones ignitos ster-  
 ni: et prunas super eorum capita adijci. Postmo-  
 dum vero in theatrum ad ludibrium ponti: et ab om-  
 nibus conculcari. Cui cum nunciatum esset: et  
 quod scilicet christiana eis adhereret: omnes tres in simul  
 ferro vincatas anolinus ad bestias in arena danda-  
 nauit: laetatusque eis: visus ferocissimus vesti-  
 gia eorum lingebat: quod cernens iudex eas  
 gladio cedi iussit: quarum corpora christiani sepe  
 licent in vrbe prefata. iij. kalendas augusti.

De sancto Fantino confessore. Cap. clx.



## Fantinus confessor: no

bitus syracusanus de domo dema-  
 dica fuit: cuius pater Fantius  
 cum vxore nobili delentino noie  
 deodata: quibus gentiles essent ele-  
 mosynas tamē largas pauperibus tribuētes:  
 cum prole carerent: deos paganorum pro susci-  
 penda sobole fugiter exorabant. Nocte autem  
 quadam pater in somnis vidit se cum coniuge  
 coram deo patre assistere ad iudicium vocatus:  
 et propter infidelitatem ad inferna dānari: sed  
 christus interueniens et plagas deo patri obijciēs  
 promittit illis filium nasciturum et fantinum no-  
 minandum: qui anno etatis sue. xij. parentes  
 ad fidem conuerteret: et a gentilitate liberaret:  
 et sic a summo iudice damnationis sententia re-  
 uocatur. Nato autem puero crux niue candidis  
 or: et in medio rubicunda carni eius super cor-  
 sumpressa conspicitur: et iuxta visum patris puer  
 fantinus nominatur. Qui cum matris vberibus  
 aleretur sepe lectum dimittens super terram sa-  
 cere conspicitur. Et cum loqui inciperet: christum  
 quem tamen nunquam audiebat sepius nomina-  
 bat. Die vero qua. xij. annum punctatiter imple-  
 bat: cum iam venationibus delectaretur: cum so-  
 lo scutifero venatum accedens per siluamque sy-

racusanā cernos plures insequēs: ceteris hinc  
 iude dispersis: vnum insecutus est alius vastiorē: in cu-  
 tus cornibus cruce plurime appēbant: cernusque  
 voce humana vt se sequeretur admonuit. Quē ille  
 securus ad antrum heremite cuiusdam puenit. Cui  
 nocte pcedere christus apparuerat: et vt iuuenē fan-  
 tinū noie ad se die sequeretur vtrū in fide doce-  
 ret monuerat. Et continuo ei cernus disparuit:  
 heremita autē fantinū et scutifero leontinū noie  
 ad se vocās: quē viderat illis narrauit: et eos in fi-  
 de christi erudicēs baptizauit. Et cū iam nox eēt: lux  
 de celo supfusa noctē sicut diē illuminauit. Re-  
 uertus autē iuuenis parētibus quē sibi ptingerat re-  
 tulit: eosque in fide christi quam didicerat edocuit.  
 Qui memores visionis quā pater de eo nodū nato  
 viderat ānos. xij. cōplere ipsum notauerunt: et cū  
 oī familia baptisma susceperunt: vno vero solus ex  
 eorum filius quē fide recipere recusauit: post dies tres  
 seipsum in flumē necauit. Et ergo fantini paren-  
 tes oīa sua pauperibus erogassent: a pconule syra-  
 cusano propter christianitatem detenti sunt: vna cum  
 sancto fantino. Et primo quōdē ipsi oēs plūbaris censi:  
 deinde in cercere missi sunt: sed nocte ab āgelo  
 cōfortati ad martyriū animant. Qui fantinum  
 diruptis vinculis de custodia eduxit et fantinū  
 ac deodara dimisit. Qui mane educi cū sacrifici-  
 care remissus ab eo pariter decollant. Fantinū  
 vero angelū sequēs portā vrbis sibi diuinitus rese-  
 rata exiit: et veniens mesanā filium cuiusdam ciuis  
 cecū illuminauit: ac ipsum cū oī familia baptiza-  
 uit. Cū autē a stradicbone capitaneo querebatur vt  
 deus imolaret: angelico monitu nauē sine remo  
 pcedit: et per pharū in mare exiit: nauēque pa-  
 ganorum se insequēs oīoue fusa imobiles fecit.  
 Ipse vero fugiens metropoli rhegynū angelo duce  
 applicuit: vbi aquā sibi a matrona porrectas in  
 vinū conuertit. Deinde per calabriā ad ciuitatē  
 tabritanā preiit: vbi balzantio cuidam diuiti ad  
 fulendū se cōtulit: quē eū ad egrū pascua deputa-  
 uit. Quōd cū fuus christi fideliter et humiliter faceret  
 tēpe quod frumenta trituranē egrū pareas ad tritu-  
 randū circūferebat: et de pcepta mercede pau-  
 perū necessitatibus subueniebat. Et sic hoc eius  
 dñs nūciatū esset: illeque iratus supueniens vt fan-  
 tinū puniret: et egrū in trituro laboraret: visus  
 est balzantio: quod aialia viridā pascua caperet: et  
 nil laboris pferreret. Fantinū quē dormientē eius  
 dñs exstravit: et vt egrū bene foueret confortauit.  
 Sed cū sibi de narratū hesitaret: eo quod aialia pre-  
 labore macilēta fore pspiceret. Iterū inopinā-  
 te fantino supueniens: egrū vidit grana terētes.  
 Tūc iratus post fantinū currere cepit. Illeque fu-  
 giēs ad morabū flumē deuenit. Et cū euade-  
 re nec pcedere posset: oīoue fusa aquam virga  
 percussit: et statim aqua et vno pedentibus latere  
 vnda fluminis subito se siccauit: ipseque ille sus-  
 trāsiuit. Statimque aqua ad locū suū reuertētib?  
 balzantiū circa flumē remāsit. Rogauit autē fan-  
 tinū vt et ipse transire posset. Et cū ille vt prius

De sanctis in mēse iulij occurrētibus. Fo. clxxvij.

aquas virga percussisset. Frerum alueus efficitur: et balzanius sicco pede cum suis transiit. Unda; mox in suum statū rediit. Qui viso tāto miraculo conuersus est ad xpm et ciuitatē britanniam suā predicatione ad fidem reduxit. Fantinum autē annoꝝ. xxxij. plenus sanctitate oīe dñico in ecclesia: audita missa sacra; cōmunione percepta in pace migravit ad christū pridie kalē. augusti. Super quē morientē celsa lux descendit et corpus insepultū et incorruptum miro fragrans odore diebus. xxx. permāsit. Et deinde in ipā ciuitate sepultum fuit. Et cuius tumulo oīes desudat: quod cunctoꝝ debilia mēbra sanat: et carnalia desideria fugat.

De scō germano epō antistodoroꝝ. Ea. clxi.



**Germanus eps an**

stidoroꝝ. nobilitate genere in vrbē antistodoroꝝ natus: et liberalibus studijs eruditus tandem Romanam ad discenda iura ciuilitate profectus est: vbi gratos oībus et honoris senatu ad gallias mittit: vt ducatu burgundie obtineret. Cum ergo antistodoroꝝ vrbem strenue regeret: arborē pinum in platea habebat ad cuius ramos pro ostentatione venationis: ferarū capita suspendebat. Quē scō amatō: epō ipius vrbis sepius de tali vanitate redarguebat: monēs vt arborē excideret ne ex hoc xpianis occasio criminis adueniret: ille q̄ nullatenus acquiescebat. Die autē quadā abfente germano: epō arborē precidit et incendio cōsumpsit. Ad germanū audēs cum militibus epm aggressus mortē ei intentauit: sed ille pariter ferēs germanū sibi in epatu successurū predictit. Et furenti cedens aliquādiu in angustudino latuit. Reuersus autē post modicum obijt: et oīs plebs germanū in epm elegit. Qui subfaria pauperibus erogata tyrore in sorore cōmunita ipse per annos. xxx. mira penitentia se afflicto: ieiunijs et orationibus assidue intentus: predicationi sollicitus: et pauperū pueros studiosus. Hospitatus in quodam loco: dum post cenā iterū pararet: admirās interrogauit: cur hoc fieret. Qui respondit: q̄ bonis hominibus et mulierib; q̄ de nocte incendit: illa parabat. Sanctus autē ipā nocte vigilās vidit demones ad mēsam in formis diuersoꝝ hominū vententes: et precipiens ne abiret: familiā exciuit: et si psonas illas cognoscerent inquisiuit: qui cū plures ibidē vicinos suos et vicinas esse dicerēt: misit ad domos singulorum: qui oēs in suis lecruijs inuēti sunt. Adiurati autē illi se demones esse dixerūt: qui sic hoībus ludēbant.

Clū tpe quodam assumpto lupo epō trechafino in britannias pergeret ad hereticos extirpandos: qui ibi maxime vigeabant: orā in mari tempestate sua oratione confestim sedauit: et britanniā accedens hereticos mirabiliter expugnauit.

Cum in quodam loco infirmus decumberet: et locus totus incendit cōflagraret: rogatus vt inde asportatus ignē euaderet: ille se flammis opponi fecit: et vltra citra; oībus consumptis ignis hospitium eius non tetigit.

Cum ad britannias iterū rediret: vt hereticos confutaret: quidam eius discipulus apud comodorū infirmus decessit. Rediens inde vir sanctus sepulchrū aperiri fecit: ipm; vocās et noīe quid faceret: et an adhuc secū militare vellet requisit. Dicit ille residēs cūtra sibi cōstare suauia dixit: ac se huc nolle reuocari respondit: et iubente germano iterū obdormiuit.

Cū in britanniā predicaret: et rex et ac socijs hospitium denegasset: bubulcus regis a palatio rediens germanoꝝ cum socijs fame et frigore laborantem in domo sua suscepit: et vitulū quem solū habebat: hospitibus occidit. Post cenam hō sanctus episcopus ossa vituli seruata super pellem componi fecit: et ad eius orationē vitulus sine mora surrexit. Deinde regem constantē de impietate redarguit et regnum eius ad extraneum transcurū prophetico spiritu dixit. Dehinc cunctis stupentibus bubulcū diuina monitione regem constituit. Et tunc reges de bubulci genere prodeces dominans regis gentis britannoꝝ. Cum satones contra britones dimicarent: et se paucos viderent: sanctum illac transeuntem ad se in auxilium aduocarunt: quibus ille victoriam promittens xpm predicauit: et sacro illos baptizare persuadit: deinde admonuit: vt die pasche omnes inermes in xpi nomine hostibus occurrerent: et cum ipse alleluia inciperet: omnes altis vocibus responderent. Quod cum factum esset: tantus tremor hostes inuasit: vt armis proiectis diffugerent.

Cum apud raennam esset a regina placida et a filio valentiano imperatore honorifice susceptus: et ad cenā est inuitatus: cui regina vas argenteum maximum cibis delicatis plenum misit: qui cibos famulis tradidit: et vas argenti pauperibus retinuit: ipse hō scutellam ligneam cū pane hordeaceo regine remisit: quod illa deuore suscipiens: panem reuerenter comedit: et scutellam argento reuens pro reliquijs seruauit.

Inuitatus denuo ab eadē regina ad palatium cenaturus: a fello deuectus aduenit: quibus discumbentibus asinus mortuus est. Cūq; redire volenti regina equū suum mire mansuetudinis obrulisset: ille omnino recusauit: et pergens ad cadauer: a fello vt surgeret ipe rauit: q̄ statim se quasi de somno excutiens surrexit: et sc̄m ad hospitium deportauit.

Quod anteq̄ de ipā vrbe discederet obitum suū imminere predictit: et post modicum febre corripitur: et die. vij. ad dñm conuocatur. Corpuse; eius regina ad gallias: vt ille postulauerat transiit. Quienit autem vir sanctus pridie kalē. augu. circa annum domini. ccccxxij.